



## **Jus Canonicum Practice Explicatum**

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,  
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatae

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos  
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

**Pichler, Vitus**

**Ingolstadii, 1728**

Decisio XXII. De Ordinato non in Diœcesi & loco Originis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

monium spirituale cum Christo vel Ecclesia contrahatur, per quod incurritur inhabilitas ad Matrimonium carnale contrahendum. Quod DD. dicunt cum Ant. de Butrio, intelligendum est & procedit tantum de contrahentibus alterum Matrimonium, & consummatis utrumque, quo casu sunt



## TITULUS XXII.

### De Clericis Peregrinis.

#### DECISIO XXII.

De Ordinato non in diocesi & loco originis.

#### SPECIES FACTI,

Arnulphus Serenissimi Electoris Bavariae, adhuc Gubernatoris Belgi, Officialis suscepit filium, nomine Maximilianum, ex Bertha adhuc soluta: Serenissimum autem Electorem in patriam reversum comitatus est Arnulphus relicto apud matrem filio Maximiliano, fixaque domicilium Monachii diocesis Frisingensis, quod etiam Maximilianus post absolutas in

Belgio Lovanii humaniores litteras jam puberatatem & minores Ordines adeptus se contulit animo ibi perpetuo manendi. Postquam vero apud patrem Arnulphum per anni spatium moratus est, Ingolstadium venit, & superioribus Studiis absolutis Frisingam profectus ordinari petuit, non obstante, quod in Belgio natus & educatus sit. Unde consurgit



QUA-

## Q U A E S T I O.

An Maximilianus alibi natus & educatus ordinari potuerit Frisingæ?

**V**Idetur, quod non. I. Quia Maximilianus in dioecesi Frisingensi nec habuit domicilium originis, cum alibi sit natus, & educatus; nec domicilium habitationis, quia in Dioecesi Frisingensi non stabiliter, sed tantum per annum, reliquo autem tempore comoratus est in dioecesi Eustettensi, in qua situm est Ingolstadium, ubi studiis vocabat: ergo ex nullo capite subiectus fuit Episcopo Frisingensi, nec ibi beneficio provisus: ergo nec ibi ordinari potuit. c. 3. de tempor. Ord. in 6. ubi ad hoc, ut aliquis ordinari in aliqua dioecesi possit, requiritur, ut ibi vel sit oriundus, vel domicilium habitationis fixerit stabile, vel beneficium habeat. II. Licet ex domicilio patris in filium transferatur domicilium originis. l. r. & l. 6. §. i. ff. ad municipalem, tamen domicilium non transit in filium, ut ibi consequatur domicilium habitationis stabile filius, ubi illud fixit pater. l. 6. cit. §. filius: ergo Maximilianus non fortius est domicilium Monachii in Dioecesi Frisingensi, ubi illud fixit Pater. III. Ad hoc, ut aliquis consequatur domicilium habitationis reliquo domiciliō originis, requiritur factum, & animus ipsius, qui vult fortiri domicilium habitationis. l. *domicilium ff. eod.* seu habitatio actualiter excepta in aliquo loco, & animus perpetuò ibi manendi: sed Maximilianus,


ex Belgio veniens in Bavariam, non cum animo manendi perpetuò Monachii venit ad patrem, licet hunc animum habuerit pater, cuius tamen animus & factum non sufficit ad constitutendum filio jam puberi domicilium: *puberi*, inquam, qui sibi ipsi constitutre potest domicilium. l. placet. 3. red. licet filius famias adhuc impubes convivens patri suo fortiorum idem domicilium, quod suus pater, & ibi fuit incola, ubi pater; cum impubes per seipsum eligere nequeat domicilium habitationis, etiam patre mortuo. *Var. ad Tit. de tempor. Ord. confil. u. u.* 6. nosfer autem Maximilianus, in Belgio apud matrem educatus, jam pubes, & clericus Minoribus initiatus, aceredit in has partes.

Verum hæc omnia non fuerunt sufficientia ad impedientium, ne Maximilianus licet suscepit Ordines ulteriores Frisingæ. Prob. Maximilianus Monachium veniens ad patrem fixit ibi domicilium: ergo potuit Frisingæ ordinari. Conf. patet ex c. 3. cit. & communi. Ant. prob. 1. Quia jam pubes effectus adivit domum patris sui cum animo ibi manendi perpetuò, ibique mansit per annum: adeoque posuit factum & animum, quæ duo requiruntur & sufficiunt ad figendum domicilium: & quamvis postea venerit Ingolstadium ad tertiam diocesim studio-

auditorum causâ, semper tamen re-  
tinuit animum redeundi ad patrem  
Monachii in dioecesi Frisingensi exi-  
stentem, nec habuit animum perpe-  
tuò manendi Ingolstadii, sed solum  
ad tempus, licet longius, donec ni-  
mirum absolveret studia sua: quo pa-  
cto tantum quasi-domicilium ibidem  
natus est, nec propterea amisit do-  
micum verum in loco patris jam  
Monachii constitutum. per text. in l.  
i. & 2. C. de Incolis lib. 10. Idem  
atque probatur 2. Maximilianus non  
potest haberi pro vagabundo: ergo  
alicubi post desertum originis locum  
natus est domicilium: sed non alibi,  
quam Monachii, ubi habitare coepit  
cum patre, & cum animo constanter  
ibi manendi, nisi nimirum inde avo-  
cat aliqua rationabilis causa, quod suf-  
ficit ad constituendum domicilium.  
per l. 7. C. eod. ibi: unde rursus non  
sit differens, si NB. nihil avocet. prob.  
3. Filius alibi natus, postea tamen  
accedens ad domum patris, si in do-  
mo patris moritur, sepeliri de Jure de-  
bet, ubi pater, nisi filius jam pubes  
elegit sepulturam alibi. c. licet de se-  
pulchris in 6. non aliam ob causam, quam  
quia in loco & domo patris censetur  
elegisse domicilium habitationis, nisi  
dare constet de opposito: ergo etiam  
ordinari debet in loco seu dioecesi pa-

tris, ad quam accessit, si non con-  
stet, aliud ab ipso domicilium habita-  
tionis sive electum.

Ad opposita ex premissis expedita  
est responsio. Ad 1. Dico, Maxi-  
milianum in dioecesi Frisingensi fixisse  
domicilium habitationis; quia ad id  
sufficit habitatio actualiter copta, e-  
tiam per horam, modò adsit animus  
perpetuò ibi manendi, nisi nempe  
causa supervenerit, ob quam rationa-  
biliter mutari possit hic animus. l. 7.  
cit. nec Jura determinant, quantum  
esse debeat tempus habitationis actua-  
liter coptæ & commorationis: ergo  
sufficit quolibet, etiam modicum,  
commorationis tempus. Quod stu-  
diorum causâ alio discesserit, non mu-  
tavit animum habitationem continuandi  
in loco patris, cum retinuerit ani-  
mum redeundi ad illum, & sic non  
mutavit domicilium. Ad 2. Domi-  
cillum patris non quidem transit in fi-  
lium puberem, nisi is accesserit ad pa-  
trem cum proposito manendi stabiliter  
in patris loco: si tamen filius impubes vi-  
vat cum patre, cum sibi ipse eligere ne-  
queat domicilium, sortitur domicili-  
um patris: idem fit, si pubes eligat  
vivere stabiliter in loco patris, uti fe-  
cit Maximilianus. Ad III. N. Min.  
Ratio negandi claret ex dictis.



TITU-